

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker/ I.C. ac
Pandectarum Professor Publ. ... Ad Exequias Quas ... Iuveni Joanni Mullero, S.S.
Theol. Studioso Parentes Moestissimi hodie paratas cupiunt Omnes omnium
ordinum cives Academicos sedulo ac officiose invitat ... : [P.P. Rostochii Sub
Sigill. Rect. die XI. Augusti Anno 1676.]**

Rostochii: Kilius, 1676

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770659640>

Druck Freier  Zugang



Redeker, H. R.,

in

J. Müller.

Rostock, 1676.

16.

68.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HEINRICUS RU-
DOLPHUS Redeker

J. C. ac Pandectarum Professor Publ.
Consistorii item Ducalis Assessor,

AD EXEQUIAS

Quas

Pi^{us}tantissimo ac Literatissimo Juveni


**DN. JOANNI
MULLERO,**

S.S. Theol. Studioso
Parentes Mœstissimi

hodiè paratas cupiunt

Omnes omnium ordinum cives Academicos sedulo ac officiosè invitati.



ROSTOCHII,

Typis hæred. JOHANNIS KILII Acad. Typogr. ANNO M. DC. LXXVI.



JOHNES MULLERUS, Juvenis Ornatussissimus, S. S. Theol. Studiosus præstantissimus, in ipso ætatis flore, priusquam ad solidam gloriam & suam & Patriæ & Ecclesiæ matureretur, XI. Calendarum Augustiletho datus est. Qui à meridie cum sepeliendus sit, sit adeò, ut nobis Scripturæ hujus imponatur necessitas. Ægrè quidem est, dolemusque seriò, Academiam nostram Alumno iterum egregio orbatam esse: sed sine sacrilegio & impietate nemo repugnaverit DEO, vanusque ac stultus, qui sollicitare movereque paret, quæ supra omnes vires humanas, & sua natura immutabilia sunt. Singulare penitus fatum in Filio suo passum atq; expertum esse Plurimum Reverendum Dn. Parentem piè defuncti nostri fortean statuerint multi: nec dubitamus fore quamplurimos, qui hoc ad insignitam quandam infelicitatem interpretaturi sint: Nobis id curatiùs aliquanto reputantibus, aliter videtur. Non quod non esse acerbum ac grave existinemus, hujusmodi causus incidere; sed quod hoc ipsum, quod alias incendere dolores & exacerbare videbatur, non parum solatii habeat. Quid enim querunt juncti legitimis nuptiis tollereliberos, ac hos in Reip. alere spem: hoc primum est. Quid alterum? bonos videre. Quid dein.

deinceps? bonos videre. Et nihil ulterius itaque?
nihil magnopere, si rationem & sapientes; non opini-
onem & solers in mala sua s̄epius vulgus malueri-
mus sequi: atque precari adeo, ut senes, ut opulen-
ti, ut magni potentesque nostri evadant. Quæ nec
felicem Rempubl. facere, neque nos possunt: & s̄epe
noxx atque exitii causa existunt. Sustulit Filium Dn.
Parens: commune hoc habuit cum plurimis aliis. Sus-
tulit bonâ indole , virtute , moribus scientiisque in-
structum , atque jam ad functiones Ecclesiasticas
præparatum vidit : hoc peculiare præ illis sortitus est
bonum , qui aut degenerem , aut parum vitalem edi-
derunt sobolem ; & sic vel nullas , vel malignas ac pa-
rum certas gaudendi gratulandique de suis sunt nacti
causas. Sed eo ipso , dices , melior ac tolerabilior ho-
rum sorsatque conditio est. Nam cum orbantur filiis,
aut liberantur pœnâ , si mali ac perdití fuerint , quod
pro supplicio semper Parentibus est ; aut sollicitudine
vacant deinceps; ut ne degenerent veriti ante, de
quorum moribus nondum poterant pignora capere
rudi istâ & nondum adulstâ ætate : Multo acerbior
duriorque Fortuna Parentis defuncti nostri est , qui
tam eximiæ doctrinæ atque virtutis filium amisit.
Non queritur sibi decussum florem ab blandientem,
quidem oculis, cæterum ambiguum atque fallacem:
sed fructum maturum, sed in proximo messem de-
plorat. Quasi verò aspicere atque audire flagitia filii
excruciet tantum parentis animum: nec pœna atque

supplicium, quod in vivente passus est, in ipsa defuncti memoria novetur perpetuo atque recurrat? præcipue si prius vitam, quam mores exuerit: & sicut contaminatissimus vixerat, ita decesserit quoque. Quid quod lætari de Nato & gratulari vix quicquam queat, qui nesciat, qualem ediderit? Nam idem propemodum est, nescire quid ex se natum sit, ac nihil vidisse omnino natum, quod in Conjugio infelicitas summa. Carterum hominem non tam corporis facies, quam forma animi monstrat. Quæ aspici atque intelligi, nisi in adultâ maturâque ætate, haud potest. Noster & gignendo effecit ut sterilitatis careret malo: & suscipiendo optimarum artium capacem filium, educandoque eundem, ut bonum cerneret; id consecutus jam erat, ut nihil, qua Pater, debere publicæ rei amplius, & jam admotus videretur metæ, quam ultra tendere votorum suorum cursum homo sapiens vix posset. Vedit Natum non tantum, sed qualem dederit, hoc quoque vidit: quod illis, qui suos parvulos composuerunt, non licuit. Vedit enim eruditum & bonum, quod neque his ipsis concessum fuit, & frustra optaverunt illi, qui vitiosam nacti sunt prolem. Quanto igitur utrisque felicior, cum haberet extitit? neque nunc infelicior, postquam amisit? Nam licet complecti amplius & intueri corporis oculis non potest; at mente videt, at animo fruitur, at in memoria virtutum lætari quam jucundissimè potest. Jam neque antea semper insinu ac in complexu habuit secum. Quam charissimi filii absentiam cum tum æquissimo animo tulerit, quid nunc videbitur faciendum; cum non in peregrinis locis mille amplius expositus casibus; sed eo delatus jam est, quo omnes contendimus, acturus vitam ejusmodi, quam neque timor exagitet, nec casus calamitatesque acerbam reddant, & finis nullus extinguere potest; sed agere salutem mortalium, sed procurare Ecclesiæ commodum, sed circunsundere Patri Familiæque novum decus poterat? Præstitisse hæc videbitur, quæ potuit præfare.

flare. Afferri alia poterant, & consutandæ opinioni vulgari, &
ad levandum Parentis mœstissimi dolorem. Sed nunc de eo ipso
exponendum est, cuius potissimum causa hoc genus scriptu-
ræ susceptum est nobis. Luci itaque huic auspiciatissimo ortu
datus est, Dn. JOHANNES MULLERUS anno Christianæ
computationis M DC LV. ipsis Calendis Julii, Patre Viro Pl.
Reverendo & Clariss. Dn. JOHANNE MULLERO Pastore
zur Neuen Gamme in Præfectura Bargerdorsensi optimè
merito; Matre verò foemina decoratissima CATHARINA E-
LISABETHA Neufrançois. Avum Paternum salutavit Virum
maximè Reverendum, Nobiliss. ac Excellentissimum Dn. JO-
ANNEM MULLERUM, S.S. Theol. Doct. famigeratissimum,
primum in Academia Witebergensi Moralium Prof. Celeber-
rimum, poste Pastorem Lunæburgensem ad D. Michaelis o-
ptime meritum, & tandem Pastorem Hamburgensem ad D.
Petri gravissimum, nec non Reverendi Ministerii Hambur-
gensis Seniorem Venerandum. Aviam verò Paternam Matro-
nam à virtutibus muliebribus commendatissimam SOPHI-
AM Schmiedes / Viri Excellentiss. atque Clarissimi Dn. M.
ERASMI SCHIDII in Acad. Witebergensi Græcæ Linguae &
inferiorum Mathematum Professoris celeberrimi filiam. A-
vus Maternus ipsi fuit Vir Reverendæ dignitate conspicuus Dn.
M. JOHANNES Neufrauž zum Kirchwerder in eadem Præ-
fectura Bargerdorsensi Pastor optimè meritus. Avia verò ma-
terna Matrona honestissima AGNES A Wudrians / Viri ad-
modum Reverendi & Excellentissimi Dn. M. VALENTINI
Wudrians / primum in Academia Gryphica Pomeranorum
Linguae Sanctæ Professoris Clarissimi, postea Præpositi Dem-
minensis in Pomerania fidelissimi, & tandem Pastoris Petrini
Hamburgi meritissimi Filia. Hisce Majoribus ortus, Parentes,
cum intelligerent probè non satis esse, si quisquam natus be-
nè, nisi educaretur similiter, nihil antiquius habuere, quam
ut adolesceret in eas virtutes, quæ ut ingenuum quemq; e

decent maximè, ita ab eo vel jure quodam exigeabantur. Ac insunt quidem in nobis quædam virtutum semina; sed illa elicenda doctrina alendaque sunt, ut agant germen & fructum ferant. Quapropter à primâ ætate probis ac diligentibus Magistris traditus est, quorum curâ ac disciplinâ accidente Dn. Parentis inspectione ac directione, erudiretur. Sub quibus cum ita profecisset, ut alia loca adire, & publica Auditoria frequentare cum fructu posset, suo labore atque authore Maximè Reverendo Dn. Avo suo paterno Hamburgi Viri Clariss. ac Literatissimi Dn. Joachimi Henningii Scholæ Hamburgensis Sub-Rectoris informationi fidelissimæ atque inspectioni conditus est, ubi cum per integrum triennium maximo cum studiorum suorum emolumento substitisset, Magdeburgum concessit, ibidemque quæ adhuc tum in humaniori literatura, tum in principiis Philosophiæ desiderabantur, industria gnavi biennii spatio adauxit. Hinc moti Parentes Anno 1674 uberioris capescendæ eruditionis causa illum ad Academiam Witebergensem ablegarunt, ubi per annum non solum publicarum prælectionum frequenter auscultatorem sed privatis quoque in Collegiis variis, quæ Philosophica, quæ Theologica & auditorem, & quæ disputationum exercitia palestritam gnavum se præbuit. Avocatus à Dn. Parente suo graviter tum temporis decumbente in Patriam, per totum hyemem ibi commoratus non unâ vice Ecclesiastico è suggestu verba ad populum fecit, & applausum favoremque meruit. Tandem XI. Calend. Aprilis hujus anni nostram hanc Rhodopolin, ad stud. Theologicum in Witebergensi feliciter cœptū, eadem sedulitate sub Excellentissimorū Dn Professorum Theologiæ sedeli informatione continuandum, ingressus est, statimque quamprimum in hanc Urbem pedem intulit, apud Magnificum ejus semestris Rectorem nomen suum professus est, ubi etiam facile obtinuit, ut in Matriculam Studiosorum recipetur. Nec distulit scopum cursui suo certum præfigere, usus
imprimis

imprimis consilio Hospitis sui Viri Pl. Reverendi & Excellentissimi Dn. M. HERMANNI BECCERI, Mathematum inferiorum Professoris in hæc Academia celeberrimi, & Pastoris ad D. Jacobi vigilantissimi, Collegæ nostri honoratissimi. Verum cum in illis curis esset torus, omnesque nervos in id intenderet, quomodo compendiosissima via studum Theologicum ad optatum perducere finem posset, & nullum fudorem, nullas vigilias defugeret, si modo quid ex iis consequi posset, quod exornaret ingenium; gravissimi Capitis dolores, quibus cum antea domi apud Parentes etiam confictatus erat, invaserunt. Aclicet sollicite adhiberet remedia, quæ ipsi Vir Excellentissimus ac Experientissimus Dn. Sebastianus Würdigius, Phil. & Med. D. ac Prof. Celeberrimus, Collega noster estimatissimus præscribebat; tamen non magis curæ corporis quam animi atq; ingenii deditus fuit. Quantumque contendit, ut recuperaret valetudinem; tantum & laboravit quoque, ut eruditionem partam accessionibus luculentis quotidie magis ac magis locupletaret. Unde certum augurium capere licuit, egregios in Theologia profectus eum, pro ingenio, quo pollebat, acumine sibi brevi temporis spatio comparaturum fuisse, si Deus ipsum superstitem terris diutius reliquisset. Sed illi, qui semper *(Θελήσει βγαλούσε)*, aliter visum fuit, qui consilio nobis in perscrutabili permisit, ut vernantissimus Juvenis collabascentibus per continuos illos dolores sensim sensimque viribus corporis, frustraq; omnibus prudenti licet consilio adhibitis medicamentis, hoc scilicet morbo manuductore in aliam Academiam traduceretur. Eum sanè mortis nuncium atque præcursorum postquam ille cognovit, nihil cunctatus est, aut refractariæ struxit moræ, sed ducem itineris ad cœlestem patriam impavido pectore exceptit, inquit se intimius descendit, & complicatam animi sui notionem evolvens animæ Medicum supranominatum Dn. M. Hermannus Beccerum hospitem suum vererandum, imprimis accersendum

dum sibi esse piè judicavit. Cujus salutaribus monitis porro incitatus , cum
ipsi dulcissima & consolationis plenissima verba ex ore Apostoli Pauli ad
Rom. 8. proponeret : Ich bin gewiß / daß weder Todt noch Leben / weder
Engel noch Fürstenthum noch Gewalt / weder Gegenwärtiges noch Zukünf-
tiges / weder Hohes noch tießes / noch keine andere Creatur / mag uns sche-
den von der Liebe Gottes / die in Christo IESU ist unserm HERREN ; desiderium
caducæ & ærumpabilis vitæ hujus seriò deponere , tum terrena o-
mnia despicere , cœlum autem & cœlestia toto pectore respicere , & ad Imma-
nuelē suum concitatis devote mentis passibus properare coepit & contendere.
Hujus porrò sacratissimæ Communione non semel refectus , novissimè etiam
tanquam extremo ad irremeabile iter Viatico instructus XXII. Iulii inter
secundam & tertiam pomeridianam eidem dulcissimo Salvatori , quem ac-
centibus suspiriis veluti Stringentibus brachiis atque lacertis complexus
fuerat , exilientem animulam summa cum devotione reddidit & commisit:
cum annos XXI. et totidem dies fecisset vivens. Ita scilicet , qui veniendi
normam & commorandi regulam obsequiösè observaverat , metu quo-
que transfilire noluit. Salve itaque ô beatissima anima ! Salve cœlorum
habitatrix ! Salve Paradisi incola ! Superasti vitæ hujus miseras indies in-
gravescentes : veasti in portum tranquillitatis æternæ . Vivis nunc inter-
sanctorum cœlitum , inter beatarum animarum , inter tuorum de Ecclesia
Christi optime meritorum Majorum amplexus jucundissimos . Super est ,
ut exuvias agentis inter beatos animæ felici committendas embolæ ad por-
tum usque deducamus , in casu amici , nostram necessitatem cogitantes.
Ite ergo exequias Cives Academiciorum ordinum hono-
ratissimi , promptissima frequentia ; ite moestissimis lacrymis ;
& Deo universam nostram Germaniam bello flagrantem de-
voto commendate pectore ; ite & in CHRISTO
Valere .


P P. Rostochii Sub Sigill. Rect. die XI. Au-
gusti Anno 1676.

Conventus fiet in æde D. Jacobo sacrâ hora
media secunda .



stare. Afferri alia poterant, & confutandæ opinio
ad levandum Parentis mœstissimi dolorem. Sed n
exponendum est, cuius potissimum causa hoc g
ræ susceptum est nobis. Luci itaque huic auspicio
datus est, Dn. JOHANNES MULLERUS ann
computationis M DC LV. ipsis Calendis Julii,
Reverendo & Clariss. Dn. JOHANNE MULL
zur Neuen Gamme in Præfectura Bargerdo
merito; Matre verò soemina decoratissima CA
LISABETHA Neufranzin. Avum Paternum la
maximè Reverendum, Nobiliss. ac Excellentiss.
ANNEM MULLERUM, S.S.Theol. Doct. fami
primum in Academia Witebergensi Moralium
rium, poste Pastorem Lunæburgensem ad D
ptime meritum, & tandem Pastorem Hambu
Petri gravissimum, nec non Reverendi Minis
gensis Seniorem Venerandum. Aviam verò Pa
nam à virtutibus muliebribus commendatiss.
AM Schmiedes / Viri Excellentiss. atque CL
ERASMI SCHIDII in Acad. Witebergensi G
inferiorum Mathematum Professoris celebri
vus Maternus ipsis fuit Vir Reverendâ dignitate
M. JOHANNES Neufranz zum Kirchverde
fectura Bargerdorfensi Pastor optimè meritus
terna Matrona honestissima AGNESA Wud
modum Reverendi & Excellentissimi Dn. M
Wudrians / primum in Academia Gryphica
Linguæ Sanctæ Professoris Clarissimi, postea
minensis in Pomerania fidelissimi, & tandem
Hamburgi meritissimi Filia. Hisce Majoribus
cum inteligerent probè non satis esse, si quis
nè, nisi educaretur similiter, nihil antiquius h
ut adolesceret in eas virtutes, quæ ut ingen

A 3



the scale towards document